

pentur, differre tamen inter se adfertur non reluctabimur.
Et hæc de Etymo, satis quidem prolixè, sed nominis obscuritas
merebitur veniam.

CAP. II. DE DEFINITIONE.

VIII.

Ex methodi lege est, ut notationem excipiat definitio, est
enim hæc amussis proprietatis & totius exactæ & methodicæ
disputationis ceu quoddam fundamentum *Everhard. in Topic.
loc. à defin.* & anchorarum, quæ mentem rei alicujus genium
investigantem & in dubitationis mari, incertitudinis ductu
fluctuantem sistunt, omnium firmissima. *Scal. Exerc. 301. sect. 1. &
teste Phil. μεγάλην ἔχει ῥοπλὴν πρὸς τὰ ἐπόμενα.*

IX.

Definimus autem sic: Repressaliæ sunt potestas justè
detinendi bona aut homines ejus loci, in quo justitia denega-
ta est, ritè à summo Magistratu petitori concessa.

X.

Quæ definitio limis inspecta oculis iniquitatem repres-
saliarum non levem arguere videtur, unde & factum, ut non
de trivio J Cti de earum æquitate & ratione dubitaverint.

XI.

Nam ratio naturalis, tanquam divini splendoris radius,
*Contar. de Republ. Venet. lib. 1. & rectissima rerum omnium arbi-
tra, argum. l. scire oportet. §. si enim. 7. ff. de Excus. Ernest. Cothman. 1.
consil. 22. num. 5. rectique consilii & dexterrimi judicii fons &
scaturigo. Lips. lib. 1. de Constit. cap. 4. Cordibus hominum quasi
in sculpsit, alium pro alio non esse prægravandum, l. unic. C. ut
null. ex vic. l. 33. §. fin. C. de inoff. nec pro alienis debitis alios mo-
lestandos, l. 4. C. de exactor. auth. habita, ibi: ex perversâ consuetudi-
ne. C. Ne fil. pro patr. alterique per alterum iniquam conditio-
nem*

nem